

C. SALLVSTII CRISPI
DE CATILINAE CONIVRATIONE

[*Dē fāmā quaerendā*]

Omnīs hominēs quī sēsē student praestāre cēterīs animālībus summā ope nītī decet, nē vītā silentiō trāseant velutī pecora, quae nātūra prōna atque ventrī oboedientia fīnxit. Sed nostra omnis vīs in animō et corpore sita est; animī imperiō, corporis servitiō magis ūtimur, alterum nōbīs cum dīs, alterum cum bēluīs commūne est. Quō mihi rēctius vidētur ingenī quam vīrium opibus glōriam quaerere et, quoniam vīta ipsa quā fruimur brevis est, memoriā nostrī quam māximē longam efficere. Nam dīvitiārum et fōrmae glōria flūxa atque fragilis est, virtūs clāra aeternaque habētur. ... Enimvērō is dēmum mihi vīvere atque fruī animā vidētur quī aliquō negōtiō intentus praeclārī facinoris aut artis bonae fāmam quaerit.

Sed in magnā cōpiā rērum aliud aliī nātūra iter ostendit. Pulchrum est bene facere reī pūblicaē, etiam bene dīcere haud absurdum est; vel pāce vel bellō clārum fierī licet; et quī fēcēre et quī facta aliōrum scrīpsēre,



nōm -is (*dēcl* 3), *acc pl*
-īs = -ēs: *omnīs* = *omnēs*
student sēsē praestāre =
cupiunt sē praestāre
silentiō: ita ut dē iīs sileātur
prōnus -a -um « ērēctus
fīngere = facere

nōm -ium/-ius, *gen* -ī = -iī:
ingenī = ingenīī

nostrī (*gen*) = dē nōbīs

flūxus -a -um (< flucere) =
varius, incertus

anima : vīta

aliud aliī, *aliud aliī*

absurdus -a -um = vānus,
stultus

Vir doctus, quī facta
aliōrum scrībit.

haud-quāquam =
nēquāquam

in primīs = prae cēterīs,
praecipuē
arduū : difficile

male-volentia < male-
volēns (< male velle)

quae sup̄ra ea sunt
prō falsīs dūcere = falsa
esse existimāre
adulēscētulus -ī m =
adulēscēns nōndum XVIII
annōrum

pudor = modestia
abstinentia -ae f < abs-
tinēns
animus meus (: ego)
a-spernārī = spernere
īsolēns + gen = quī nōn
solet (facere), ignārus

ambitiō -ōnis f = cupiditās
honōris
cum... dissentīrem = etsī ...
dissentiēbam
fāmā : malā fāmā
vexāre = turbāre
honōris cupīdō... mē
vexābat

mīhi nōn fuit cōnsiliū
socordiā -ae f = dēsidiā
-ae f = inertia, ignāvia
con-terere = cōnsūmere

multī laudantur. Ac mihi quidem, tametsī haud-
quāquam pār glōria sequitur scrīptōrem et āctōrem
rērum, tamen in primīs arduū vidētur rēs gestās
scrībere: prīmum quod factīs dicta exaequanda sunt;
dehinc quia plērīque, quae dēlicta reprehenderis, male-
volentīā et invidiā dicta putant; ubi dē magnā virtūte
atque glōriā bonōrum memorēs, quae sibi quisque
facilia factū putat, aequō animō accipit, sup̄ra ea velutī
ficta prō falsīs dūcit.




Adulēscētulus.

Sed ego adulēscētulus initiō, sicutī
plērīque, studiō ad rem pūblicā lātus
sum, ibique mihi multa adversa fuēre.
Nam prō pudōre, prō abstinentiā, prō
virtūte audācia, largitiō, avāritia vigēbant.
Quae tametsī animus aspernābātur īso-
lēns malārum artium, tamen inter tanta

vitiā imbēcilla aetās ambitiōne corrupta tenēbātur; ac
mē, cum ab reliquōrum malīs mōribus dissentīrem,
nihilō minus honōris cupīdō eādem quā cēterōs fāmā
atque invidiā vexābat.

Igitur, ubi animus ex multīs miseriīs atque periculīs
requiēvit et mihi reliquam aetātem ā rē pūblicā procul
habendam dēcrēvī, nōn fuit cōnsiliū socordiā atque
dēsidiā bonum ōtium conterere, neque vērō agrum co-
lundō aut vēnandō, servīlibus officiīs, intentum aetā-



◀ Hominēs quī agrum
colundō vītam agunt.

Hominēs quī
vēnantur. ▶



tem agere; sed ā quō inceptō studiōque mē ambitiō mala dētinerat, eōdem regressus statuī rēs gestās populī Rōmānī carptim, ut quaeque memoriā digna vidēbantur, perscribere, eō magis quod mihi ā spē, metū, partibus rei pūblicae animus liber erat.

Igitur dē Catilīnae coniūrātiōne quam vērissimē poterō paucis absolvam; nam id facinus in p̄mīs ego memorābile exīstimō sceleris atque periculī novitāte. Dē cuius hominis mōribus pauca prius explānanda sunt quam initium nārrandī faciam.

aetātem (: vītam) agere
= vīvere
dē-tinēre = abstinēre,
retinēre, prohibēre
carptim *adv* = singulās
excerpens
per-scribere = accurātē
scribere
partēs (rei pūblicae)
= factiōnēs

ab-solvere = expōnere

[*Dē Catilīnae mōribus*]



Lūcius Catilīna, nōbili genere nātus, fuit magnā vī et animī et corporis, sed ingeniō malō prāvōque. Huic ab adulēscientiā bella intestīna, caedēs, rapīnae, discordia cīvīlis grāta fuēre, ibique iuventūtem suam exercuit. Corpus patiēns inediae, algōris, vigiliae, suprā quam cuiquam crēdibile

L. *Sergius* Catilina
genus = gēns (: gēns *Sergia*)

intestīnus -a -um = internus

ibi : in iīs rēbus

in-edia -ae *f* = famēs
algor -ōris *m* = frīgus
crēdibilis -e < crēdere

L. *Sergius* Catilīna. est. Animus audāx, subdolus, varius, cuius rei libet simulātor aut dissimulātor; aliēnī appetēns, suī profūsus; ārdēns in cupiditātibus; satis ēloquentiae, sapientiae parum. Vāstus animus immoderāta, incrēdibilia, nimis alta semper cupiēbat.

subdolus -a -um = quī dolō
ūtitur, fallāx
cuius-libet rei
(dis)simulātor -ōris *m*
= quī (dis)simulat
pro-fūsus -a -um (+ *gen*)
= largus (< avārus)
satis ēloquentiae *eī erat*
im-moderātus -a -um

Hunc post dominātiōnem L. Sullae libīdō māxima invāserat rei pūblicae capiundae, neque id quibus modīs ad-



L. *Cornēlius* Sulla.

ad-sequī = as-sequī
 dum + *coni* = dummodo
 nihil pēnsī habēre = nihil
 cūrāre
 rēs familiāris = pecūnia,
 bona
 cōnscientia -ae *f* = animus
 cōnsciūs (suī sceleris)
 utraque (*n pl*): inopiam... et
 cōnscientiam...

im-mūtāre = mūtāre

: flāgitiōsōrum...

stīpātōr -ōris *m* = comes
 perpetuus, satellites

gāneō -ōnis *m* = vir
 profūsus, quī luxū vīvit
 penis -is *m* : stuprum

lacerāre : perdere
 aes aliēnum = pecūnia
 mūtua, quae dēbētur
 cōn-flāre = congerere

facinus redimere = sē
 redimere ā poenā facinoris
 sacrilegus -ī *m* = quī
 templum diripuit, impius


ad hoc = praetereā

per-iūrium -ī *n* = falsum iūs
 iūrandum

sequerētur, dum sibi rēgnū parāret, quicquam pēnsī
 habēbat. Agitābātur magis magisque in diēs animus
 ferōx inopiā rei familiāris et cōnscientiā scelerum, quae
 utraque iīs artibus auxerat quās suprā memorāvī. In-
 citābant praetereā corruptī cīvitatīs mōrēs, quōs pes-
 sima ac dīversa inter sē mala, luxuria atque avāritia,
 vexābant. ...

[*Hīc disseritur dē mōribus cīvitatīs: 'ut paulātim im-
 mūtata ex pulcherrimā atque optimā pessima ac flāgi-
 tiōsissima facta sit.'*]

In tantā tamque corruptā cīvitatē Catilīna – id quod
 factū facillimum erat – omnium flāgitiōrum atque
 facinorum circum sē tamquam stīpātōrum catervās



Impudicī, adulterī et gāneōnēs.

habēbat. Nam quī-
 cumque impudicus,
 adulter, gāneō, manū,
 ventre, pene bona patria
 lacerāverat, quīque ali-
 ēnum aes grande cōn-
 flāverat, quō flāgitium
 aut facinus redimeret,

praetereā omnēs undique parricīdae, sacrilegī, convictī



Parricīda.



Sacrilegus.

iūdicīis aut prō factīs iūdicium timentēs, ad hoc quōs
 manus atque lingua periūriō aut sanguine cīvili alēbat,

postrēmō omnēs quōs flāgitium, egestās, cōnsciū animus exagitābat, eī Catilīnae proximī familiārēsq̄ue erant. Quod sī quis etiam ā culpā vacuus in amīcitiā eius inciderat, cotīdiānō ūsū atque illecebrīs facile pār similisque cēterīs efficiēbātur. Sed māximē adu-
lēscentium familiāritātēs appetēbat: eōrum animī mol-
lēs etiam et flūxī dolīs haud difficulter capiēbantur. Nam ut cuiusque studium ex aetāte flagrābat, aliīs
scorta praebēre, aliīs canēs
atque equōs mercārī, postrē-
mō neque sūmptuī neque
modestiae suae parcere, dum
illōs obnoxios fidōsque sibi
faceret. ...



Catilīna adulēscentī canēs
mercātur.

Iam prīmum adulēscentis

Catilīna multa nefanda stupra fēcerat, cum virgine
nōbili, cum sacerdotē Vestae, alia
huiuscemodī contrā iūs fāsque.
Postrēmō captus amōre Aurēliae
Orestillae (cuius praeter fōrman
nihil umquam bonus laudāvit!),
quod ea nūbere illī dubitābat timēns
prīvignum adultā aetāte, prō certō
crēditur necātō filiō vacuam do-
mum scelestīs nuptiīs fēcisse! Quae
quidem rēs mihi in prīmīs vidētur
causa fuisse facinus mātūrāndī.
Namque animus impūrus, dīs
hominibusque īnfēstus, neque vigiliīs neque quiētibus
sēdārī poterat: ita cōnscientia mentem excitam



Sacerdōs Vestae.



egestās -ātis *f* = inopia
rērum necessariōrum
cōnsciū animus = cōn-
scientia (sceleris)
ā culpā vacuus = innocēns
in-cidere -cidisse < in-
+ cadere

familiāritās -ātis *f* (< fa-
miliāris) = amīcitiā

praebēre, mercārī, parcere :
praebēbatur, mercābatur,
parcēbat

obnoxius -a -um (+ *dat*)
= oboediēns

huius(ce)modī = huius(ce)
modī

dubitāre + *īnf* = cūctārī

prīvignus -ī *m* = coniugis
filius priōre coniuge nātus
prō certō = certō *adv*

Catilīna filium Aurēliae
Orestillae necārī iubet.

mātūrāre = mātūrē facere,
properāre
im-pūrus -a -um

ex-ciēre -cīvisse -citur
= excitāre

vāstābat : perturbābat
 ex-sanguis -e = pallidus
 incessus -ūs *m* < incēdere
 prōrsus *adv* = plānē
 vēcordia -ae *f* = insānia

ē-docēre = docēre
 signātor -ōris *m* = quī
 (testāmentum) signat
 commodāre (: -ābat) =
 ūtendum praebere
 vīlia habēre *eōs iubēbat*
 at-terere -trivisse -trītum
 = absūmere
 in praesēns *tempus*
 sup-petere = (satis) adesse,
 reperīri
 sōns sontis « insōns
 : circumveniēbat, iugulābat
 (per discipulōs)
 torpēscere = iners fieri
 grātūitō *adv* = sine mer-
 cēde, sine causā

vāstābat. Igitur color eī exsanguis, foedī oculī, citus
 modo, modo tardus incessus: prōrsus in faciē vultūque
 vēcordia inerat.

Sed iuventūtem quam, ut suprā dīximus, illēxerat,
 multīs modīs mala facinora ēdocēbat. Ex illīs testīs
 signātōrēsque falsōs commodāre; fidem, fortūnās, perī-
 cula vīlia habēre, post, ubi eōrum fāmam atque
 pudōrem attrīverat, māiōra alia imperābat. Sī causa
 peccandī in praesēns minus suppetēbat, nihilō minus
 īnsontīs sicutī sontīs circumvenīre, iugulāre; scīlicet
 nē per ōtium torpēscerent manūs aut animus, grātūitō
 potius malus atque crūdēlis erat.

[*Dē coniūrātiōne Catilīnae*]



Coniūrātiō Catilīnae.

Eīs amīcīs sociīsque
 cōnfishus Catilīna, simul quod
 aes aliēnum per omnīs terrās
 ingēns erat, et quod plēri-
 que Sullānī militēs, largius suō
 ūsī, rapīnārum et victōriae
 veteris memorēs, cīvīle bel-

Sullānus -a -um < Sulla

ex-optāre = optāre

nūllus exercitus *erat*
 bellum: b. Mithridāticum
 ipsī... magna spēs *erat*
 nihil *adv* = minimē

lum exoptābant, opprimundae reī pūblicae cōnsilium
 cēpit. In Italiā nūllus exercitus; Cn. Pompēius in
 extrēmīs terrīs bellum gerēbat; ipsī
 cōnsulātum petentī magna spēs;
 senātus nihil sānē intentus; tūtae tran-
 quillaeque rēs omnēs – sed ea prōrsus
 opportūna Catilīnae.



Cn. Pompēius.

Igitur circiter calendās Iūniās, L.
 Caesare et C. Figulō cōnsulibus,

circiter *adv/prp* + *acc*
 [annō 64 a. C.]